



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádasi, János

Romæ, 1658

Anno MDCIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

Virgo docuisse orationem Dominicām, salutationē Angelicā, & symbolum Apostolorū. Vide Andradā fol. 124. de Baptismo B.V. ubi fol. 127. mirum quid, de fodalis innocentia admirando modo defensa.

1033 P. Sertorium Caputum cuidam charo suo Romā redeunti ea ipsā qua obijt nocte visum memorie preditum est. Inter alia quæ illi dedit documenta, fuit vnum de B. Virgine, quo illum ad teneram instar filij pietatem erga illam Matrem misericordiæ inflammauit. Nicolaus Lepidi vir nobilis porrectum sibi à sorore suā annulum pretiosum lapide ac piano insignem in digitum Patris Sertorij in lana pila iacētis inseruit, & sorori mox reddidit. illa piè annulum venerata, aduertit à digitī illius contactū impressam diuinitus lapillo illi imaginem Beatissimæ Virginis. Ita ipsa retulit, & alij qui vidēre, ac stupuere, cùm id adeò breui tempore, ars nulla efficere potuisset. Certum autem erat, multis id affirmatè contestatis, in annulo antea nihil omnino fuisse sculptum.

A N N O M D C I X.

1034 Sanctum esse, si dolores, vitam, ac mortem in DEI voluntate per manus Beatissimæ Virginis deponamus, ostendit Anicij hoc anno vitam explens P. Claudius Panceottus; cui ægro duos Angelos ad pedes adstitisse affirmant annua canenti corporis habitu, vultu speciosissimo: qui insunniis morbi doloribus posito nunciabant, nouas illi molestias superesse deuorandas, & faueibus plenioribus potionēs anxias hauriendas, quas in se illi tophalis aquā turbidā repletis coram niscebant; tum dederat ad eis: sic Reginæ cælorum visum; de cuius imperio & authoritate significabat se fuisse missum:

Q Q Q.

cb. Aquile 1608.
II. Sept.

Discere
à morbi;
celere B.
V.

In annulo B. V.
effigiem
gestare.
Illam
cordi in-
sculpere.

p. 205.

In morbo

se illi to-

rum dede

re.

ne-

neque enim ipsammet longius abesse. Desierat loqui, simul ac B. Virgo cum Filio Iesu spectabilis adstitit. Comitabantur Dominum Beati Claudio & Ignatius, hic parens, ille patronus: adhaeribant aliquot de Societate Patres e celo beati; qui omnes lectulo proximi sponderunt futurum breui ut ducibus ipsis ad aeternae salutis portum inueheretur. Triduum superuixit. Hisce lectis dicamus cum S. Ephraem Syro: *Sub aliis pietatis, atque misericordiae tuae protege, & custodi nos.*

1035. Inter perquisitas Deiparæ colendæ artes est, amore Beatissimæ Virginis ad officium suum exquisitius perficiendum accendi. Ioannes Verutia Coad. post auditam, ut ipse sibi visum aiebat, tertio vocem in solitudine; *Vet religio te manet, vel infernus; tirocinio nostro adscriptus* (quod Guadalaxarienses literæ narrant), B. Virginem inter duos senes venerabiles meruit intueri: quæ placide tironi renidens, vadem se obtulit pro eo nouam Filii sui militiam ingresso. Hoc Deiparæ aspectu adeo firmatus est Ioannes ad virtutem, ut ad regulæ perpendicularum fuerit semper in oratione assiduus, in opere indefessus. Audeamus & nos magna sperare à Virgine: dicamusque illi cum S. Ildephonso: *Adaperi os meum, & reple illud confessione misericordiae tuae. Tange os, & auriculam cordis mei.*

A N N O M D C X

1036. Contra dæmonem quoquomodo infestum Deipara, S. P. Ignatius, ac Sancti quorum reliquias colimus, implorandi. Mutinæ dæmoni è famina clarissimis ortæ natalibus pellebatur, ad ipsum S. Geminiani corpus in templo. Nocte ante festum Deiparæ proximâ tandem discessit, prius fatus expelli se à tribus; à Deipara, Geminiano, Ignatio. Vlys.

S. de mar-
garita
pretiosa.

Accuratè
vivere
ad legum
amissionem.

L. de vir-
ginit. B.
V. c. 6.

Deiparæ
ac San-
ctorum
ope vti
contra
dæmonem.